

Salutem à fonte salutis. e.

59

Nobilissime et consalutissime vir, Constantine Hùgeni etc.

Breda nuper cum eras, coram proculdubio de notis conditionibus mecum agere, et certas earum metas mihi praescribere in animo fuit. Frustrantem ego sumsi operam in pulsandis fontibus Bùrstedianis, et peruestiganda aula Principis; aliorum enim infinita tua negotia de auro, cavent: parum tamen, imò nihil dispendii in unius alteriusve horum iactura fuit: nam eà ipsa septimanà, quã discusseras, tradita mihi sunt postremae Arabemia missae, Diluendi satis mentem vestram de, clarantes. Definivisti in eis, quanti velitis imitari ac doceri filios vestros. Agite, sit ita, uti constituistis. Ducatis et quinquaginta florenis unicuique eorum victum, et quae huius sunt annexa, suppeditabo; mihi, nonis me non posse, sufficientissimis demonstrarem rationibus, si opera-pretium judicari scirem. Quinquaginta qui restant, in labores et curas meas vobis promitto, et quidem diligentiam majorem spondeo, quam antea: repositis quippe jam iis, quae tum temporis sollicitum mihi tenuerunt, et mentem in varias distraxerunt partes. Abunde vero operam meam remuneratam judicabo, si, Nobilissime Vir, pristino me favore ac amore dignatus fueris. Praequum enim hoc, et verum unicum est, quod insector, hoc si assequutus fueris, erit de quo magnopere mihi gratulabor. Eius de vitis addis: certe Nobil. vir, et ego obstupui, lectisque litteris in praesentia studiosorum meorum, in hac crispata verba: Vos non datis operam, ut complacatis parentis vestri: Mauritius subidoneus, regerebat; Domine hoc non est bonum Latinum. Nescio sane quia negligentia tam fastidiosa epistolam suam macularem potuerit. Ipsi testimonium, si testibus res esset agenda, verberabunt, quantum adhibuerim diligentiam in inculcandis, repetendis et applicandis syntagmatis regulis: pudet scribere, me totum biennium, quod Ponderygia egimus, cum primis hoc in negotio occupatum fuisse. Absit vero, ut unquam filio tuo auctor fuerim fui, quo parenti optimo, ac satis huc in re sagaci imponeret. Aliorum etiam scriptis an usus vel abusus potius fuerit, totus ignoro;

quippe in scribendis litteris adeo se abstrusum gerit, ut vel ipsum de sum, quo scribit, me celandum esse  
 metissimum ducit. Sed qui hoc Bredam Deficit, regit, ut nomen de libula transieram. Foris hanc Hùgeni  
 me vestris, uti de omnibus profectis. Invenit Data viri Nobilissimi, ac prae Nobilitati huc  
 Joannem Thierandisium

Hùgeni 2 Februarii 1670.

Joanni Langus.

Joannem Thierandisium

Handwritten text at the top of the page, including a large decorative initial 'L'.

Main body of handwritten text, written in a cursive script, covering most of the page.

Vertical handwritten text on the right side of the page, possibly a postscript or a separate note.

Handwritten signature or name at the bottom right of the page.

Small red circular stamp or seal at the bottom right of the page.

*Handwritten notes in cursive script, including the word 'L' and other illegible characters.*

*Handwritten notes in cursive script, including the word 'L' and other illegible characters.*

Mijn Heere

Mijn Heere van Engeland

Post.

Amstel.